UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs In Primam Infortiati Partem

Bartolus

Lvgdvni, 1567

Collatione bonorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96147

Visual Library

LEX XVII.

Si emancipato. Op. quod liberetur heres preteritus. l. arbitrio. §. fi. ff. de dolo. Glo. ſol. quod hic heres eſt in mora, vel fauor perſonaruꝫ hoc inducit, ſed male dicit: quare dic quod hic heres ſcriptus commiſit doluꝫ aduerſus preteritū. Unde propter odium preteriti interemit rem legatam, ideo tenetur preteritus tanquam ſua culpa ſit interempta. l. ſi merces. §. culpe. ff. loca. ꝛ l. pe. in prin. ff. ſol. ma. ſed ſi interemiſſet propter odium legatarij, tunc videtur res interempta culpa legatarij, nec teneretur preteritus per eaſdem leges. Si vero non interemit rem legatam propter odium alicuius, ſed ipſius rei legate, vt quia interemit ſeruum propter odium ipſius ſerui, tunc procedit diſtinctio gloſ. Aut heres preteritus, fuit in mora, aut non: ſed quando non eſt in mora, tenetur cedere actionem contra heredem ſcriptū. l. huic ſcripture. ff. ad legem Aquili. Sed an occidens teneatur filio preterito? Dic vt in gl.

LEX XVIII.

Nepos. Opp. de l. nonnunquam. in fi. ff. eo. Glo. ſol. ibi, ꝛ non bene: ſed hic ſoluit, ꝛ bene, quia hic eſt quid imputetur nepoti, quia cum potuit venire per cōtra tab. noluit.

LEX XXII.

Bonorum. Op. ff. eo. l. virilis. poſt prin. Gl. ſoluit ibi pluribus modis, ſed tene illam que ponitur hic, quia non habebit legata vltra virilem,

LEX XXIII.

His quibus. Hic ponitur caſus duobus modis. tene vltimum caſum, ſecundum quem coniuncte perſone nihil debent habere de ſeruis quibus libertatem preſtare debebant, quia teſtator tale legatum non fecit propter eorum commodum, vt probatur ff. eo. l. iij. §. item.

LEX XXIIII.

Interuenit. Opp. quod requiratur tēpus teſtamenti, vt l. j. ff. de reg. Catonia. Sol. Hic loquitur quando legatum deficit ratione perſone: ſecus ſi alias. vt ibi no. ꝛ l. iij. §. quando autē. ff. de iure fiſci. Item opp. de reb dub. l. ſi cognatis. vbi requiritur ꝙ ſit etiam tempore mortis. Dicunt quidam, quod hic forte requiritur. ſed truffa eſt. Quare dic, quod hic loquitur quando teſtamentum impugnatur per contra ta. vnde quod ſit de liberis. non requiritur ex diſpoſitiōe defuncti: ſed ex diſpoſitione iuris. ſed ibi loquitur, quando requiritur quod ſit de coniunctis ex diſpoſitione defuncti. ¶ Item opp. Juſti. de here. inſti. §. in extraneis. vbi tria tempora requiruntur. Dicunt quidam, quod hic forte requiruntur: ſed dic quod ibi loquitur in hereditate: hic in legatis. Preterea, hic quando rumpitur teſtamentum per contra ta. ibi non, ſed mere ibi ex diſpoſitione defuncti ſucceditur.

LEX XXV.

Qui filium. Ibi. petere poſſe, ſcilicet beneficio preteriti.

§. Is, cuius. Iſte §. eſſet ſatis facilis, niſi qꝛ gl. intricat ipſum. Dicitur hic. emācipatū filiū preterijt, quero de quo filio emancipato loquitur. Dicit gl. primo de emancipato, ſcilicet patre iſtius nepotis, ꝛ ſecundum hoc Juriſconſultus hic non reſpondet queſtioni. hoc modo loquitur gl. ſuper ver. defuncti. que incipit, non reſpondet. Glo. reprobat iſtam lec. quia ſi hoc eſſet verum, pretor non tueretur nepotem per hoc edictum: ſed de iure communi tueretur, qꝛ nemo committeret edictum: qꝛ pater datus in adoptionem non cōmittit edictum. l. non putauit. §. in adoptionem. ff. ti. j. Alij volentes ſuſtinere gl. que incipit, non reſpondet, legunt alio modo, ꝙ iſte nepos fuit inſtitutus, ꝛ fuit preteritus alius filius, non pater ipſius. Et ſi dicis, non poteſt ei committi exiſtenti in aliena familia, concedo quod pater eū precedit, ergo erit tuendus vigore huius edicti ſuper verbo. emācipatum. ꝛ h. d. gl. que inci. patrem, ibi quia pater eum precedit, ꝛ ſecundum hoc illam gl. que incipit, non reſpondet. expone per patrem. id eſt, propter patrem. Item in gl. precedenti que incipit, patrem. ibi. §. filius. dic imo, l. cum emancipatus. §. j. ꝛ ibi not. Item ibi, ſecus conſtat eſſe in filio, primi gradus exiſtente in adoptiua familia. alia lec. ponitur in gl. que eſt clara.

TITVLVS VI.

De collatione bonorum.

¶ **Quia** Illi, qui petunt contra ta. tenentur conferre, ideo ponitur ti. de colla. bo. Querit gl. rub. quid vult dicere Juriſconſultus, dum dicit, de collatione, dic vt in gl. ꝛ bene, alias aliter accipitur pro collatione, ſcilicet quam faciunt plures bibentes. Item accipitur pro quadam ratiocinatione, quam faciunt aliqui ſuper aliquo dubio. Item pro comparatione.

LEX I.

Hic titulus Iſta ratio quam ponit tex. non videtur vera: quia ſecūdum hoc etiam ſuus emancipato cōferret. Contra l. ſi emancipati. C. eo. ꝛ etiam emancipati inter ſe. contra hanc l. §. fi. ideo pro tollenda iſta dubitatione gl. declarat, nam ſecundum iſta tempora quicquid filius querebat, querebat patri. l. placet. ff. de acqui. her. l. j. j. ſi a pa. quis fu. ma. in gl. Illud vero quod querebat filius emancipatus, habebat ſibi proprium: ergo iniquum erat, quod emancipatus haberet partē bonorum paternorum, in quibus erat lucrum filij in poteſtate, niſi emancipatus conferret ea, que lucratus fuerat: ꝛ ita vult dicere iſte tex. que ratio ceſſat. ſi tractamus de collatione fienda ab emancipato alij emancipato. Item ceſſat etiam ſi tractamus de collatione fienda a ſuo ipſi emancipato, quia ſuus omnia queſiuit patri Materiam collationis dicam. j. ti. j. l. pater filium.

§. Inter eos Collatio fit inter eos. qui petunt contra ta. de iure communi, ſiue de iure ſpeciali, h. d. Opp. inter emancipatos non eſt locus collationi. vt C. l. ſi emancipati, ꝛ j. ea. l. §. fi. Sol. Intelligatis inter eos, ſed non omnes, quia non conferunt emancipati inter ſe. ¶ Item opp. de l. filium. §. videamus. ff. ti. ij. Solu. datur his qui ſuccedunt eodem iure, ſecus ſi diuerſo iure ſuccedunt. ¶ Item opp. C. eodem l. illā. vbi in ſuccedentibus de iure ciuili habet locum collatio. Sol. Illud de iure nouo. nam olim non habebat locum. niſi in ſuccedentibus de iure pretorio, dicam in d. l. pater filium. Item venio ad ver. plane. ꝛ quero exemplum, dic vt in glo. ꝛ bene.

1 ¶ Emācipatus veniens per contra ta. qualiter conferat ſuis.
2 Collatio habet locum quando queritur ab inteſtato.
3 Argumentum de toto ad partem an procedat.

§. Si ex dodrante. Emancipatus veniens per contra tab. confert ſuo pro ea parte. quam ſibi aufert, ꝛ ſi nihil aufert collatio ceſſat h. d. vſqꝫ ad §. ibidem, ꝛ eſt difficilis §. ¶ No. tex. in ver. totius. dicitur hic quod pro ea parte confert, pro qua parte aufert. cōtra, imo plus confert, quam auferat, vt j. ea. l. §. fi. ꝛ j. l. proxi. §. ſi tres. ꝛ l. pretor. §. Julianus. Huius timore ſunt in gl. quinque ſol. ꝛ quelibet difficilis. Una eſt, ꝙ hic exponatur, confert, ſcilicet omnia ſua bona pro illo quadrante. Non eſt bona, qꝛ iſta l. eſſet impoſita verbis. ꝛ nullum effectum haberet. Alia ſol. eſt quod leges contrarie intelligūtur ſecundum iſtam, vt licet in illis dicatur, centum, vel ducenta habebat, dic ſcilicet conferenda. ſed habebat alia, que non veniebant conferenda. Gloſ. reprehendit per d. l. pretor. §. Julianus. per l. ſe. §. ſi tres. Alia ſolutio eſt. Aut emācipatus ſuccedit ab inteſtato, ꝛ confert omnia, vt ibi. Aut per contra tab. ꝛ tunc confert pro ea parte quam aufert. Iſtam reprehendit gloſ per d. l. pretor.
1 §. Julianus. j. eo. ti. Gl. ergo. ſo. †quarto modo ſolenniter dicit. Aut filius ſolus eſt inſtitutus. ꝛ nullus alius ꝛ tunc emancipatus ſemper confert totum, vt legib. contrarijs. Aut eſt inſtitutus extraneus cum filio, ꝛ tunc confert, pro ea parte. quam aufert ſuo nō pro ea parte, quā aufert extraneo. Sed videtur, ꝙ iſta ſol. non habeat rationem in ſe, qꝛ nihil ad factum. vtrum filius ſolus fuerit inſtitutus. Nam tūc emancipatus aufert ſolum dimidiam. ꝛ ſic tūc pro dimidia deberet conferre, vt hac l. ꝛ ſic iſta non videtur vera ſolutio, ſed magis caſuum variatio. Cyn. tangit. C. eodem ti. l. ſi emancipati. in fi. ꝛ nihil examinat, ſed dic quod iſta ſol. eſt optima, ꝛ verba iſtius gl. ꝛ tex. debent intelligi ſic, pro ea parte. quam emancipatus aufert ſuo, de portione debita ſibi emancipato. pro ea parte confert: ꝛ ſi nihil aufert, nihil confert, vt hic: ſi totam portionem ſibi debitam a ſuo aufert, totū ꝙ habet ſibi confert ita loquuntur contraria. Et ſi dicis. imo non aufert ſuo, niſi dimidiam: ergo pro dimidia debet conferri. Reſpō. dimidiam tantū aufert, ſcilicet hereditatis paterne, ſed illa dimidia eſt totum quod ſibi debetur, ideo totū ꝙ habet confert. Ita loquuntur leges contrarie. Ad vnum tamē aduerte. quod id quod hic dicitur, quod confert pro quadrante, non intelligas quod quadrantem tantum ſuorum bonorū debeat conferre emancipatus: ſed confert dimidiam bonorū ſuorū. Sicut enim aufert a filio ſuo dimidiam portionis ſibi emancipato debite, ita dimidiam bonorum cōfert, vt legibus

contra

contrarijs. De illa tamen dimidia collata dimidietatem retinebit
emancipatus, aliam habebit ſuus, ⁊ ſic quadrantem integrũ ha-
bebit ſuus de bonis emãcipati, ⁊ iſta eſt veritas. Alij, vt Hugo,
ſoluunt hoc contrariũ alio modo. Uide iſtam gl. magnam in fin.
ibi, alij, vt Hug. Iſta ſol. Hug. non eſt vera in ſe, teneatis prece-
dentem ſo. que eſt veriſſima. ¶ Alterius quero. dicit hic, quod
emancipatus aufert quadrantem filio ſuo. Sed an poteſt pl9 au
a ferre? Dic vt in gl. † Secundo quero, an quando ſuccedunt ab in
teſtato, habeat locum collatio? Dicit gl. quod ſic ⁊ bene. Nã cum
emancipatus faciat iniuriam ſuo, qui de iure ciuili in totum ſuc-
cedere debet, merito habet locum collatio, ſicut ſi veniret per contra
3 tabulas. ¶ Alterius † gl. querit, an procedat arg. de toto ad par
tem. Et remittit ad no. in l. qui ſcit. ff. de vſuris. Dic melius in l.
an pars. j. pro dereli. ⁊ ibi dixi.

1 ☞ Emancipatus ſi ſit inſtitutus, ⁊ ſuus preteritus, ⁊ ambo ve
niant per contra tab. an emancipatus conferat.

a **§. Uel maxime.** [a] Quero que eſt ratio huius tex.
Dicunt quidam, quod pater fe-
cit teſtamentũ, ⁊ ex teſtamẽto ceſſat collatio. l. j. C. eo. Hoc nõ pla-
b cet gl. [b] qꝛ potuerũt legata relinqui in codicillis, qui nõ impediũt
collationẽ. l. filiã. C. de coll. Ratio ergo eſt, qꝛ emancipatus nõ af-
a ficit cõmodum ſuum contra defuncti voluntatẽ. † Querit gl. po-
no, ꝙ emancipatus eſt inſtitutus, ⁊ ſuus preteritus, ⁊ ambo ve-
niunt per contra tab. an emãcipatus confert. Dicit gl. quod nõ, qꝛ ha
bet voluntatem defuncti. Contra iſtas rationes opp. glo. ſi iſtud
eſt verum, ergo ab inteſtato ceſſat collatio: qꝛ ille, qui venit ab in-
teſtato, habet tacitam defuncti voluntatem, ⁊ ſic non facit iniu-
riã ſuo. l. cõficiunt. ff. de iure codicil. Gl. mirabiliter ſoluit dicẽs,
ꝙ ille, qui ſuccedit de iure pretorio, nõ habet tacitã defuncti volũ
c tatem, quam gl. ſigna. [c] Non credo gl. iſtam verum dicere. quia ita
habet tacitam defuncti voluntatem. qui ſuccedit de iure preto-
rio, ſicut qui ſuccedit de iure ciuili. l. ſcripto. in fi. §. vnde lib. Ad
contraria reſpond. ſic. Dico quod qui ſuccedit ab inteſtato de iu
re pretorio. habet tacitam voluntatem defuncti, ſcilicet, quod ſuc
cedat cum iſto onere, ſcilicet collationis. ſed ille, qui ſuccedit ex te
ſtamento. habet expreſſam voluntatem ſine hoc onere, niſi expreſ-
ſe eſſet dictum de collatione. C. eo. l. j.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Uel maxime. De dictione maxime. v. de Bar. in extra
na. ad reprimendum. in ver. maxime. ⁊ in l. ⁊ ſi maxime. de ſer. lega.
b POMA. ¶ Hoc non placet gl. Et ſin. no. illam glo. pro qua vide
Bal. in rubri. C. qui admit.
c ALEX. ¶ Quam gl. ſigna. Secundum gl. mirabilem. quam hic
reprobant Bar. ⁊ Imo. in l. ſi Titio. in §. Iulianus. de le. ij. ⁊ ma-
le. vide Bal. in ru. C. qui admit. in vlt. queſt. ⁊ in l. nõ iuſtam ad fi.
C. ad Trebel. ⁊ vide gl. huic contrariam in l. ſed cum patrono. §. j.
ff. de bo. poſ. concorda vt per Bal. in d. rub.

1 ☞ Collationis ius ad heredem an tranſmittatur.

1 **§. Ibidem.** † Ius cõferendi queſitum tranſmittit ad
heredes: alias ſecus. hoc dicit. Pro decla
ratione quero, dicit hic bo. poſ. accepta. quero, a quo debet acci-
pi bon. poſ. vt ius collationis queratur? Glo. dicit, a filio inſtituto
alio committente edictum. Alij dicunt accipi ab emãcipato pre
terito. Iſta ſequens opi. non eſt vera. nam licet emancipatus pe-
teret contra tab. filius ſuus poteſt adire ex teſtamento, ⁊ cõmodo col
lationis eſſet priuatus, ⁊ ſic non eſſet queſitum ius collationis. l.
ex duobus. §. i. ff. de contra tab. quare tene primam opin. Et ex hoc ſu-
mit ratio. quare in primo caſu tranſmittit ius conferendi, ſcilicet
quia defuncto erat queſitum ius collationis, ſed in ſecundo non
tranſmittitur, quia non erat queſitum defuncto ius collationis.
¶ His premiſſis op. ad fin. dicit hic, quod ius collationis ad he-
redes non tranſmittit. opp. a diuiſione, aut per defunctũ fuit adi
ta hereditas de iure ciuili, ⁊ bonorũ poſſeſ. fuit omiſſa de iure pre
torio: ⁊ tunc fruſtra tractat de collatione, quia ipſi defuncto nõ
fieret collatio. l. ex duobus circa princi. ff. de contra tabu. aut non fuit
adita, ⁊ tunc non tranſmittit, merito non tractat de collatione.
l. iij. §. acquirere. ff. de bo. poſſ. Si dicis, quod tranſmittit heredi-
tas: ergo eodem modo debebit eſſe apud heredem quo eſt apud
defunctum, vt no. in l. ſed ⁊ ſi pro dote. §. pen. ff. titu. j. hic dicit contra-
rium, ergo. ⁊c. Solu. dico. quod hereditas non adita tranſmittit
ad heredem. vt hic: quia ſuus, ⁊ ſic tranſmittit nõ aditam vt hic.
⁊ l. ex militari. in fin. ff. de teſt. mili. ⁊ l. apud hoſtes. C. de ſu. ⁊ leg. l.
hereditatẽ. §. filius de caſt. pec. ⁊ dixi plene in l. ſi filius, qui patri.
ff. de vulg. ⁊ pupi. tñ licet hereditas ſit tranſmiſſa, nõ tñ eſt tranſ-
miſſa bon. poſſ. contra tabulas ideo heredi nõ fit collatio. Sed ſi
eſſet de caſibus, in quibus bonorum poſſeſ. non agnita tranſmit-
titur, vt no. in l. ſed ⁊ ſi deceſſerit. ff. de contra tabulas tũc putarẽ,
quod fieret collatio heredi, ſicut defũcto per id quod no. in l. ſed ⁊
ſi pro dote. §. pe. ff. tit. j. ¶ Ultimo no. caſum, in quo hereditas nõ
adita tranſmittitur per ſuum.

§. Iubet. Iſte §. vſq; ad §. is quoq;. tractat de modo cõ
ferendi, Breuiter hoc dicit. Qui debet cõfer-
re, cogit ſatiſdare cum fideiuſſoribus vel pignoribus de conferẽ-
do: quod ſi recuſat per contumaciam, denegant ſibi actiones, ⁊ ſi
propter impotentiã. datur curator bonis, vel ſiet collatio re ipſa,
ſi certe ſunt res conferende, alias ſecus: vel ſiet cõpenſatio alte-
rius rei loco collationis dimiſſe, hoc dicit. Opp. C. de verbo. ſigni. l.
ſancimus. Dicit gloſ. hic ideo, qꝛ a l. exprimit. Sed truffa eſt. Sed
dic, quod verbum, recte, hic poſitũ, tollit cõtrarium, vt no. in l. cõ
traria per Cy. vt ibi. ¶ Item op. dicit hic, ꝙ cauet pignoribus.
Contra, j. de preto. ſtipu. l. pretorie. Sol. Poteſt caueri cũ pigno-
ribus, vt hic: ſed non cogitur, vt ibi. quod examina vt ibi.

§. Si frater. Opp. gl. dicitur hic, quod datur cura-
tor bonis, ſi non poteſt ſatiſdare, ⁊ ſic
eſt quedam ſequeſtratio. Contra. j. l. j. C. de prohib. ſequeſt. pecu.
Solu. Illud regulare, iſtud ſpeciale. Item dicitur hic, ꝙ offeren-
do cautionem recuperat bona, quero vſq; ad quod tempus po-
teſt offerre? Dicit gl. perpetuo.

§. Quamuis. Uidetur hic in fine, quod fiat cõpen-
ſatio ſpeciei ad ſpeciem. Contra de l. ſi
conuenerit. de pignori. acti. Gl. videt fateri contrarium, nec di-
cit plus. Ueritas eſt, quod poteſt ſoluere duobus modis. Primo
ille, qui debet habere quotam partem bonorum vel hereditatis,
non dicitur debere habere ſpeciem: ſed magis quantitatẽ, vel ali-
quod genus. vt ff. de lega. j. l. non amplius. §. fin. ⁊ l. j. §. penul. ff. ſi
pars hered. pet. Cũ ergo hincinde debeat quãtitas bonorum, vel
hereditatis, merito poteſt fieri cõpenſatio, vt hic, ⁊ d. l. j. §. pe. ff. ſi
pars hered. pet. Uel melius, iſta non eſt proprie compenſatio, ſed
magis datio in ſolutũ de partiũ voluntate, ⁊ etiã pretoris inter-
uentu, ſecundum formam l. non amplius. §. ſi. cum l. ſeq. ff. de leg. j.

1 ☞ Adoptiuus quando conferat, ⁊ habeat contra tab.
2 Adoptiuus inſtitutus ſi adiuit, ⁊ alius preteritus venit per con
tra tabu. an ſit locus collationi.
3 Emancipatio quando dicatur facta in fraudem.

1 **§. Is quoque.** Cum adoptiuus † admittit ad con-
tra tab. patris naturalis, pater eius
pro eodem confert, niſi eũ ante ſine fraude emancipauerit, hoc di
cit. ¶ Opp. dicitur hic, quod adoptiuus confert. Contra, aut di-
cis adoptiuum non eſſe inſtitutum, ⁊ tunc non habet contra tab.
l. non putauit. ⁊ l. ſi poſt mortem. §. ſi in adoptionem. de cõtra tab.
Aut ponis eum inſtitutum, ⁊ tunc ſimiliter non habet locũ colla
tio, qꝛ habet defuncti voluntatẽ, vt ff. eadem. l. §. vel maxime. Reſpõ-
deo, vtroq; caſu poteſt intelligi. Primo, ꝙ non fuit inſtitutus, ſꝫ
fuit datus in adoptionem auo. vel alicui ex eis. qui ſunt in eadeꝫ
familia, ⁊ ſic habet contra tab. l. iij. §. ſi quis filio. ff. de contra tab.
¶ Item potes intelligere. quod fuit datus in adoptionem peni-
tus extraneo, ⁊ tũc admittitur ad contra tabulas: qꝛ fuit inſtitu-
tus alio committente edictum. l. non putauit. §. in adoptionẽ. ff.
de contra tab. ⁊ l. ſi poſt mortẽ. Et ſi tu dicis, quomodo eſt locus
collationi, qꝛ hic fuit factum teſtm̃, ⁊ ſic habet defuncti volunta-
tem? Reſpondeo, qꝛ eius portio non eſt aucta per contra tabu-
las ideo eſt locus collationi. ita dicit gl. ⁊ bene. ſm hoc totus iſte
2 §. loquitur in emancipato veniente per cõtra tabulas. ¶ † Sed
quero quid ſi iſte datus in adoptionẽ inſtitutus adiuit, alius pre
teritus venit per contra tabu. an erit locus collationi? Certe de
rigore iuris non, qꝛ veniunt diuerſo iure. ſed de equitate Sceuo-
le. videtur aliud, vt j. eod. l. ſi filius. qd dic vt ibi dicam. Item dici-
tur hic, ꝙ ſi filius eſt emancipatus bona fide, non confert. Cõtra
omnia que quis habebat tempore mortis patris, veniunt in col-
lationem, vt j. eadem l. §. emancipato. ſed iſte, tempore mortis pa
tris naturalis, non erat emancipatus a patre adoptiuo: ergo, ⁊c.
Reſpondeo licet tẽpore mortis patris n[illegible] eſſet emancipatus, ta
men nihil habebat. qꝛ omnia erant patris adoptiui. Iteꝫ dicitur
hic, niſi ſit factum fraude. Contra, fraus patris nõ debet filio no
cere. l. ⁊ eleganter. in prin. ff. de dolo. ⁊ l. factum. j. de reg. iur. Sol.
Intellige, ꝙ fuit factum hic a patre ⁊ ab ipſo filio, vt in fraudem
3 collationis emanciparetur. ¶ † Quero quid in dubio, an videt
emancipatio fieri in fraudem? Breuiter puto, ꝙ niſi appareat a-
lia cauſa, per quam emanciparetur, ſi emancipatio ſit poſt delatã
bonorum poſſeſſionem puto ꝙ in dubio preſumatur fieri in frau
dem. vt extra de renun. c. ij. lib. vj. ⁊ l. ſi. iu fi. j. de ſtipu. ſer. ⁊ l. ſum-
ma cum ratione. in prin. ff. de pecu. ⁊ per Dy. in c. pro poſſeſſore.
de reg. iuris lib. vj.

1 ☞ Caſtrenſe peculium quare non conferatur.
2 Libri empti per patrem filio ſtudenti, quando ſint conferendi.
3 Scholares non habent caſtrenſe peculium, nec gaudent eodem
priuilegio quo magiſtri.

4 ☞ Filio pro dignitate, vel militia datum a patre, quando de-
beat conferri.⁊ nu.6.⁊ 11.
6 Feudum ⁊ emphyteuſis acquiſitum per patrem filio, quando
veniat conferendum.
Filius ſi lucratur ex militia eidem empta per patrem, tale lucrū,
deducto onere perſone,confertur.
8 Pecunia data filio per patrem cauſa ſtudij,an imputet̃ in quar-
tam,vel veniat conferenda.
9 Expenſe facte per patrem in nuptijs,⁊ veſtimẽtis pro vxore filij,
an expẽſe in nuptijs imputent̃ filio,⁊ veſtes in collatione veniant.
10 Zona miſſa per virum vxori non dicitur donata,ſed ad vſum da
ta vt honeſtius incedat.
12 Pater ſi incepit expendere pro filio ſtudente,patre mortuo, fra-
tres non tenentur ad expenſas,vt ſtudium perficiat.

§. Nec caſtrenſe.

Caſtrenſe peculium, vel quaſi ⁊ quod dignitatis filij nomine,
a patre dat̃,vel debet̃,in collationem non venit,hoc dicit. ¶ Et
habet tres partes,vt patet ex litera.Secunda ibi,ſed an id.Ter
tia ibi,ſed ſi adhuc.¶ In prima parte dicit̃, quod peculium ca-
ſtrenſe,vel quaſi,non confert̃.Contra,filius emancipatus non ha
bet peculium,l.fin.C.de inoffi.teſtamen.ergo male hic ponit̃ tra-
ctatus de collatione peculij.De filio enim,qui eſt in poteſtate,nõ
poteſt loqui,qꝛ ille non confert,vt j.ead.l.in fin.Sol. Intelligitur
hic peculium caſtrenſe.vel quaſi,hoc eſt,id quod eſſet caſtrenſe,ſi
eſſet in poteſtate,⁊ ſic improprie loquit̃. ¶ Op.C.eo.l.vltima.vbi
etiam aduentitia non conferunt̃. Sol. Illud ſecundum iura ho-
dierna:ſed olim omnia conferebant̃,excepto caſtrenſi, vel quaſi.
a ¶ Quero[a] que † eſt ratio , quod caſtrenſe peculium non conferit̃
1 Dicit hic tex.qꝛ hoc cauet̃ conſtitutionibus. Sed dic,[b] ꝙ ratio
b eſt iſta,ideo emancipatus cõfert ſuo,qꝛ ſuus omnia querebat pa
tri,emancipatus querebat ſibijpſi,ideo ne emergat inequalitas,
fit collatio.vt dixi s̃.ead.l.in princip.ſed caſtrenſe, vel quaſi , non:
qꝛ nõ querit̃ patri,nec per ſuũ,nec per emancipatũ:ergo emanci-
patus non debet illud conferre,qꝛ ratio inequalitatis in tali pe-
c culio ceſſat. ¶ Alterius[c] pro declaratiõe in hoc principio quero
2 pater † emit filio libros,queritur vtrum iſti libri veniant conferẽ-
d di fratribus[d]? Iſtam queſtionem format gloſ.C.fami.erci.l.filie.⁊
ibi videt̃ tenere,ꝙ non conferãtur,arg.illius l.Rofr. diſputabat
hanc queſtio , ⁊ tenuit contrarium per illas rationes, que ſunt
C.de colla.auth.ex teſtamẽto, ſcilicet quod ſimplex donatio ve-
niat in collationem . Ego vidi quedã ſcripta antiqua Uber. de
Bob.qui dicebat.quod de iure non veniunt conferendi.Nam ſi
pater donaſſet filio militi equos,⁊ arma,non conferunt̃ fratrib⁹
tanquam caſtrẽſia.vt hic.Eadem ratione ſi donat aduocato.erit
quaſi caſtrenſe,vt C.de aduo.diuer.iudi.l.fori. militant enim ad-
uocati.l.aduocati.eodẽ tit.Et ita tenuit Dyn. Idem tenet Cyn.
C.de collatio.l.filie.licet maneat in ſacris , mihi videt̃ in hac que-
ſtio.aliter diſtinguendũ.Quandoqꝫ pater ſolum emit libros no-
mine filij,non tamen ſibi tradidit,nec expreſſit ſe donare filio.tũc
dicte res ſunt proprie patris,vt C.de caſtrẽ.pec.l.j.in prin.li.xij.
Nã traditio requirit̃ vt videatur donare, vt C. ſi quis alteri vel
ſibi.l.l.ij.⁊ C.de don.inter virum ⁊ vxorem.l.ſi filij.vbi text. ꝓbat
ſi bene inſpiciatur. Et iſto caſu non eſſet neceſſaria collatio ſicut
de alijs rebus,que ſunt in cõmunione,ſed fieret diuiſio.Quando
que pater emit nomine filij,⁊ ſibi tradidit:vel dixit,ſe ſibi illos li
bros donare.Hic aduerte,ſi quidẽ ille filius erat iam aduocat⁹,
vel doctor.tunc tanquã ſit caſtrenſe peculiũ,nõ venit in collatio
nem,d.l.j.C.de caſtren.pecu.ij.reſpõ.⁊ j.de caſtrẽ.pec.l.caſtrenſe.
Et hoc caſu pater non poſſet iſtã donationẽ reuocare,tanquam
incontinenti validam,nec veniret in collationem vt in §.noſtro.fa
cit ad hoc l.filius.C.fam.erc.Sed ſi ille filius non erat aduocat⁹,
e vel doctor ſed ſcholaris,tunc ſi quidẽ[e] compleuit ſtudiũ ante pa-
tris mortẽ,⁊ ſic incipit quaſi militare,tunc illi libri efficiuntur tã
quam caſtrenſe peculium,⁊ confirmatur donatio,arg.C.de dona.
l.ſiue emancipatis.j.de dona.l.donationes.§.pater.⁊ tunc ſimilit̃
nõ venirent in collationẽ,vt hac l.cum ſimilib. Si vero pater eſt
mortuus antequam cõpleret ſtudiũ vel adipiſceret̃ militiam,tũc
nõ poteſt dici quaſi caſtrenſe peculium,qꝛ qualitas perſone hoc
non patitur,qꝛ non habet aliquam ex illis dignitatibus que po-
3 nuntur in l.fina.C.de inoffi.teſtamen . licet enim reperiamus † ꝙ
doctores poſſunt habere peculium quaſi caſtrenſe, ⁊ etiam aduo
f cati,tamen in ſcholaribus hoc non reperitur[f] nec debent gaude-
re eodem priuilegio quo magiſtri,l.prima C.de excuſa. arti.libro
decimo.Facit quod no.C.de iuriſdictione omnium iudicum.l.fi-
nali.Et ideo iſto caſu debemus dicere,ſicut de alia ſimplici dona
tione:que ſi morte patris confirmatur,non venit in collationem,
vt dictis legibus,⁊ ſpecialiter hoc fauore ſtudentium,argu.l.que
pater.la ſecunda.s̃.familie erciſc.Contra id quod dixi,quod non
g gaudent eodem priuilegio[g] ſcholares quo magiſtri,videtur l. le-
gatis.§.ornatricibus.s̃.de legatis iij.ſed ibi dicam. Et ſic vides,
quod non eſt verum , quod ſemper non veniant conferendi tan-
4 quam caſtrenſe. ¶ Ultimo op.ad ver.ſed an id.Hic dicitur,† ꝙ
datum a patre nomine dignitatis filij non confertur:cõtra C.eo-
dem tit.l.illud.⁊ de inofficio.teſtam.l.omnimodo.§.imputari. Sl.
que eſt hic,nititur ſoluere duobus modis,⁊ vtroqꝫ bene.¶ Pri
mo hic loquitur de dignitate,que ad heredes non tranſit,ibi in
ea que ad heredes tranſit.Uel aliter,iſta intelligit̃ ſecundũ illam
quod non confertur totũ.ſed quantum valet tempore mortis,de
h ducto onere dignitatis.Pro declaratione vos debetis ſcire[h] ꝙ
circa hoc habemus plura iura, que loquuntur de dignitate,vel
militia que emitur,vel relinquitur,ideo eſt ſciendum.Quandoqꝫ
militia ſeu dignitas mere ad perſonã refertur, vt talis eſt miles,
talis eſt doctor, ⁊ de iſta non loquitur hic:ſed in l.prima.j.de re
mili.⁊ in toto titulo.⁊ j.de bonorum poſſeſſi.ex teſta. milita.l.pri-
ma.Quãdoqꝫ refertur ad res,ad quas,vel ſuper quibus,aliquis
militat.Et iſtud eſt quod dicimus. Aliquis habet duas vel tres
militias,hoc eſt,duas prebendas,vel aliquod exercitium, ex quo
ſumit̃ lucrum,vt ſupra de legatis ſecundo,l.Lucius,j.⁊ ſupra de
legatis iij.l.fideicommi.§.ſi ſeruo.⁊ l.patronus.in prin.⁊ l.penul-
tima.in fine eodem titul.⁊ C.de inofficioſo teſtamento.l.omnimo-
do.§.imputari.⁊ C.eodem titulo,l.illud.⁊ l.finali. C.de pignorib.
Ponam vobis exempla prout poteſt adaptari ad vſum moderno
rum. Iſto ſecundo modo ſumendo loquit̃ materia noſtra. Dico
ergo,quod quedam eſt militia,que non poteſt vendi,nec ad here-
dem tranſmitti,vt puta,pater expendit vt filius haberet preben
dam eccleſiaſticã,vel epiſcopatum:certe hoc in collationẽ nõ ve-
nit,nec in quartã computat̃,dicta lege omnimodo.§. imputari,
ita poteſt loqui hic text. Pro hoc facit., qꝛ videt̃ peculium qu-
caſtrenſe,l.ſacroſanc.⁊ ibi tex.qui non corrigit̃.C. de epiſcop.
clericis.⁊ argumen.infra eadem l.§.ſi impuberi. Idem ſi pater
pendit in filio,vt eum faceret doctorem. Cum enim dignitas no
poſſit vendi,nec ad heredem tranſmitti,illa pecunia non venit in
collationem,vt hic.Et ratio poteſt eſſe duplex. Primo,qꝛ per col
i lationem fit tranſlatio in alium, ſed iſta, que coherent perſone,
non poſſunt in alium transferri. Preterea,iſte dignitates non vi
dentur principaliter reſpicere cõmodum pecuniarium,ergo ceſ-
ſat collatio,argumen.l.plane.ſecũda.§.finali.s̃.de legat.j. ¶ Que
dam eſt militia,que poteſt vendi , non tamen ad heredes tranſ-
mitti,pone caſum in terminis. In ciuitate iſta erat conſuetudo,ꝙ
cuſtodia carceris venderetur,⁊ iſte cuſtos accipiebat certã quan
titatem a quolibet carcerato , ⁊ illa militia poterat vendi alteri
non ad heredem tranſmitti. Item vidi vendi alicui baratariam,
⁊ ex hoc emptor lucratur certam quantitatem. Item pone,quod
vendit̃ hic pondus Floren. Item vendit̃ ſtatera,⁊ iſta militia po-
teſt vendi ſecundum conſuetudinem ciuitatis,⁊ talis militia com
putat̃ in quartam,⁊ venit in collationem , hoc modo, non quod
eſtimet̃ quantum conſtitit patri pro filio, ſed quanti illa militia
vendi poſſit tempore mortis patris, deducto onere militie,l.om-
nimodo.in fine.C.de inofficio.teſtam.⁊ l.illud.C. eodem.⁊ de hac
etiam loquit̃ l.vltima.C.de pigno.vſqꝫ enim ad quantitatem one
ris iſta dignitas non confert̃, vt hac lege ſecundum gloſſam. Et
5 hoc tene menti ad queſtionem quam vidi de facto.† Conſueuit eſ-
k ſe queſtio,[k] ſi filius lucrat̃ aliquid cum pecunia paterna, an illud
debeat conferri cum fratribus? Gloſſa in l.cum oportet.in prin.
in verbo,ex eius.C.de bonis que liberis,dicit quod ſic , quaſi
profectitiũ,⁊ idem Speculat.in titulo de iudicijs.§.ſequit̃.
vt autem.⁊ in titulo de actore.§.primo.verſiculo.item cum
omnes ſic communiter pertranſeunt. Ego de facto conſului.
Si quidem filius eſt lucratus cũ pecunia paterna ſine aliquo o-
re ſuo,vel ſine opere ſuo,⁊ tunc eſt profectitium, ⁊ ita loquit̃ opi
nio predictorum docto.Sed ſi lucrat̃ cũ pecunia paterna,⁊ ope-
re ſuo,tunc dic quod illud lucrum quod attribuitur pecunie tan
quam profectitium debeat communicari.ita loquit̃ gloſſa.l.cum
oportet.ſed id quod attribuit̃ perſone non communicat̃,qꝛ eſt ad
uentitiũ l.cũ oportet.in prin.⁊ Inſt.per quas perſonas no.acq.⁊
communis conſuetudo eſt,quod medietas lucri det̃ perſone,alia
pecunie. Ad hoc facit C.pro ſocio.l.j.⁊ ponit̃ ibi,⁊ no. ¶ Quedã
6 eſt † alia militia,que poteſt ad heredes tranſmitti,non autẽ ven-
di.Exemplum in feudo,quod tranſmittit̃ ad heredes filios,nõ au
tem poteſt vendi. Iſto caſu videt̃ dicendum idem,quod talis mi-
litia queſita a patre filio,venit cõferenda,⁊ computat̃ in quartã.
l.omnimodo in fine.C.de inofficioſo teſtamento, vbi teſtam.alter
natiue loquitur ſi poteſt vendi,vel ad heredes tranſmitti.Et hoc
ibi tenet Guli.de Cu. Quod etiam intelligo eſſe verum, quando
l pater queſiuit feudum filio in vita ipſius patris,[l] ita quod filius
incepiſſet habere illud fundum viuo patre,ſed ſi queſiuiſſet ſibi ⁊
filijs ſuis,⁊ ſic filij inciperẽt habere poſt mortẽ patris,⁊ tũc nõ cõ
fert,qꝛ ꝙ poſt mortẽ pr̃is q̃rit nõ cõfert,vt j.ea.l.§.ab ipſo ⁊ j.l.pr.
ver.diuerſũ.Et eo.modo dico i emphyteuticis reb⁹ ſi pr̃ acquirit
emphyteuſim cũ pecunia ſua,pro ſe ⁊ filijs ſuis, vnde incepit eſſe
filiorum

filiorum poſt mortem patris, ⁊ nō venit in collationē. Dices tu,
Illud videt contra l. ij. §. id quoqꝫ. ĩ. e. vbi licet queratur poſt mor
tem patris, ſi tamē ſit ex contractu venit in collationem: ſecus ſi
ex vltima voluntate. Rñ. nō credatis, ꝙ ibi tex. voluit facere iſtā
rationem, ſed vult dicere, ꝙ ſi querit ex cauſa, que ſingat retro q̄-
ſitum in vita patris, vt ex cōtractu conditionali, ex quo fingit re
tro filio queſitum, tunc confert. Aut ex cauſa, qua ſibi retro non
fingit queſitum, ⁊ tunc non confert. Sed emphyteuſis nō querit
ex cauſa, que retrotrahit. ideo ceſſat collatio. Preterea, i emphy-
teuſi eſt alia ratio quā in feudo, q: in feudo eſt quoddā exercitiū
perſone, quod nō eſt in emphyteuſi, vt ĩ. dicam. Itē eſt quedā alia
militia, que poteſt vendi, ⁊ ad heredē trāſmitti. Pone exemplum
in militijs que vendunt in ciuitatibus, vt militia carcerum vendi
tur alicui pro ſe, ⁊ ſuis heredibus. Iſta ſine dubio computat in
quartam, ⁊ in collationem venit, d. l. omnimodo. in fi. C. de inof. te
ſta. ⁊ l. illud. C. eo. Et intelligas ꝙ confert eo modo quo dixi, facta
eſtimatione eius, ꝙ valebat tēpore mortis, onere deducto. De
7 his tangit per Guli. in d. l. omnimodo. ¶ † Sed quero, quid de
eo ꝙ filius lucrat in vita patris ex reditu dicte militie, an hoc cō-
ferat? Videt ꝙ ſic, quia illud lucrum poteſt vendi, ⁊ ad heredem
tranſmitti. arg. l. defuncta. ſ. de vſufr. Certe crederem ꝙ illud. ꝙ fi
lius lucrat deducta eſtimatione oneris perſone ſue, ꝙ tanquam
m profectitium veniat conferendum, per ea que dixi ſ. ¶ Quero.[m]
8 hic loquit de his que pater dat cauſa militie: pone † ꝙ pater dat
pecuniam filio cauſa ſtudij, an hoc imputabit in quartam, vel ve-
niat conferendum, vel non? Dices tu, de hoc eſt caſus in l. que pa
ter. ſ. fa. erc. vbi dicit, ꝙ non. Et pro hoc eſt iſte tex. q: eſt datum
cauſa acquirende dignitatis. Breuiter puto hoc ſic intelligendū
quando apud patrem non erat aliquid, quod eſſet proprium filij:
ſed ſi apud patrem eſſet pecunia caſtrenſis peculij, vel quaſi, vel
aduentitia, vt bona materna, exiſtentia in pecunia, tunc in dubio
debet intelligi illa pecunia ipſiꝰ filij, ſeu ipſi filio debita, miſſa. arg.
l. Meſennius. ſ. de neg. ge. Preterea, pater eſt legitimus admini-
ſtrator aduētitiorū. ⁊ ideo preſumit in dubio facere adminiſtrato
rio nomine, l. cū poſt §. j. ſ. de adm. tu. ⁊ l. poſt mortē. §. tutor. ſ. qñ
ex facto tu. ⁊ ibi no. Nec ob. l. fi. C. de dot. promiſ. q: illud in dote,
⁊ donatione ꝑpter nuptias, ꝙ onus ptinebat ad patrē, ⁊ ad hoc
poterat cogi, l. qui liberos. ſ. de ritu nupt. Sed ad iſtas expenſas
pater cogi nō poterat, ideo ĩ dubio preſumo de bonis filij. Et ad
hoc facit, quod no. in d. l. fina. C. de dot. ꝓmi. ⁊ videt caſus expreſ-
9 ſus ſ. de peti. heredi. l. fi. quod tene menti. ¶ † Alterius quero,[n]
n pone, ꝙ pater pro filio accipiente vxorem fecit expēſas in nuptijs,
⁊ veſtimentis ⁊ ornamentis, ⁊ ſimilibus: morit pater, alter frater
vult ꝙ pro ſe fiant de cōmuni ſimiles expenſe, vel ꝙ illi panni, vel
illa ornamenta veniāt in collationem, quid iuris? Dico circa pri-
mum de expenſis nuptiarū, ꝙ alter frater debet facere de ſuo pro
prio, nō de cōmuni, niſi a patre aliud dictū fuerit in teſtamento. l.
iij. §. fin. ĩ. de mune. ⁊ hono. ibi gl. tāgit hanc q. Circa ſecundū, de
o veſtibus[o] ⁊ alijs ornamentis, dic aut loquimur de veſtibus vilib.
⁊ alijs illi domine neceſſarijs ad vſum quotidianū, ⁊ ille nō ſunt
conferende, ⁊ ſunt proprie illius mulieris, ⁊ ab initio in illis te-
nuit donatio inter ſocerum ⁊ nurum, l. ex annuo. in prin. ſ. de do
na. inter virū ⁊ vxo. ⁊ ſ. ad l. fal. ſi vſufructus. §. fi. cum ſua glo. ⁊ l.
peculiū naſcit. ſ. de pecu. Si loquimur de veſtibus, ⁊ alijs orna-
mentis pretioſis ⁊ feſtiuis, tunc talia, qualia ſunt, veniunt in diui
ſionē, nam remanſerūt ſoceri, l. mortis ſue cauſa §. fina. ſ. de don.
inter vir. ⁊ vxo. ⁊ ſ. de pec. l. id veſtimentū. vbi videt probari iſta
diſtinctio. Nec pōt dici, ꝙ morte ſoceri donatio ſit cōfirmata, q:
non fuerūt dicte res donate, ſed ad vſum tradite. d. l. mortis ſue
10 cauſa. in fin. Et ideo puto, † ꝙ licet ex vſu cōmuni loquēdi, eſt qñ
maritus deſpōſat vxorē. ⁊ mittit zonam cum burſa. ⁊ dicit, talis
p donauit vxori ſue zonā: ſed tñ dico[p] ꝙ non proprie donat, ſed ma
gis ad vſum dat, vt honeſtius ad eū accedat, d. l. mortis ſue cauſa.
in fin. In propoſita tamen queſt. licet ſocer voluerit donare, tamē
morte nō poſſet confirmari, cōſtante matrimonio, l. cū hic ſtatus.
§. oratio. ⁊ §. ſequenti, ſupra de donatio. inter virum ⁊ vxorē. Facit
ad predicta l. pen. §. j. ſol. matrimo. ⁊ quod ibi dixi. ¶ Dicit hic,
11 † ꝙ quando pater dat cauſa dignitatis: quero, quid ſi pater det fi
lio ſuo, exceptis dictis cauſis, vtrū hoc veniat in collationem?
Dic, qñ q̄ pater dat filijs ob cauſam aliquā ad quā pater teneba-
tur ⁊ poterat cogi. vt ꝑpter dotē, ⁊ donationē, propter nuptias,
⁊ iſtud ſine dubio cōfert. vt ĩ. tit. proximo. ⁊ per totū, ⁊ C. eo. l. fi-
lie. ⁊ l. illam. ⁊ multis legibus illius tit. Ratio, q: cū pater ex qua-
dam neceſſitate dat, videt velle, quod conferat. Item q: filio po-
teſt queri hoc in vita patris. l. Pomponius Philadelphus ſu-
pra fami. erc. ⁊ per hoc confert. Quandoqꝫ pater dat filio ex cau
ſa militie, de qua dictū eſt ſupra, ⁊ iſtud ſimiliter venit in collatio
nem. ſecundū eum modum quem habuiſtis. Ratio, q: pater vide-
tur ad hoc teneri, ex quadam neceſſitate nature acquirere digni
tatem filio, vt in authenti. conſtitu. que de dignitatibus. Sed ⁊

emphyteuſis, in quibus nullum eſſet perſone exercitium, vel que
melior ratio, q: hoc poteſt queri filio in vita patris, ⁊ ideo feuda
filio ſi in vita patris, nō quererent, non venirent in collationem,
ſecundū ea que ſupra dixi. Tertio, dat quandoqꝫ pater filio, pro-
pter merita filij precedentia circa patrem, tunc gl. ſunt contrarie.
Quedam eſt C. eodem. l. ſi donatione. que videt dicere, quod ta-
lis donatio tunc nō valet, ⁊ iudicet de ea ſicut de alia ſimplici do
natione. Quedam eſt C. de inofficio. teſta. authen. vnde ſi parens.
que dicit, quod ſtatim valet, ⁊ illa vera. Cum enim dat pater filio
propter merita, propter que tantum quilibet extraneus habuiſ
ſet tunc videt querere filius ex perſona, ſeu opera ſua, ⁊ eſt aduē-
titium non profectitium, quod hodie filio poteſt queri, ⁊ hoc no.
in dicta authen. vnde ſi parens, ⁊ hoc tenent Guliel. ⁊ Iac. But.
tamen nō puto, quod ſufficiat dici in inſtrumento, pater donauit
filio propter precedentia merita, niſi hoc probaret, argumen. l. ſi
forte, infra de caſtren. pecu. ⁊ l. is qui in poteſtate. §. penul. ſupra
titul. primo. ⁊ facit quod no. in dicta l. ſi donatione. Quandoqꝫ
dat pater occaſione condemnationis facte pro filio. De hoc dic
vt dixi in l. Stichus. ſupra de pecul. le. Quādoqꝫ dat pater filio,
q vt habeat in peculium profectitium[q] ⁊ tunc ſine dubio debet con
ferri, q: remanet patris, l. certum. C. fa. erc. ¶ Quandoqꝫ dat pa
ter filio ſimpliciter ſine aliqua cauſa animo donandi, ⁊ hoc con-
ſtat. Iſto caſu, an ſimplex donatio veniat conferenda, vel nō, ſunt
opi. in gl. in auth. ex teſtamento. C. eod. tit. quam q. Dy. diſputa-
uit, ⁊ eius diſputationem refert Cy. in d. auth. ex teſtamēto. cuius
relatione ſum contentus. Finaliter de iure dico tenendū ſic eſſe,
Aut pater donat filio emancipato, ⁊ tunc talis donatio venit in
collationem, l. vt liberis. in fi. C. eo. Ratio, q: in vita patris dona-
r tio valet,[r] ⁊ queſita fuit filio, ⁊ ſic venit in collationem. Nec dicat
aliquis, ꝙ id quod pater dat filio in premium emancipationis, ſe
cundum cōmunem vſum loquendi, dicat ob cauſam datio, imo eſt
donatio ſine cauſa: q: magis filius patri, qui eum liberauit a pa-
tria poteſtate, debebat dare, quam pater filio. Si vero donat fi-
lio in poteſtate, donatio ab initio nō valet, per l. antepen. C. de do
na. inter virum ⁊ vxorē. ⁊ C. de inofficio. dot. l. ij. ⁊ tunc dic, ſi qui-
dem talis donatio confirmat in vita patris, q: pater emancipa-
uit filium, idem q: venit in collationem eadem ratione, qua ſ. ar-
gu. pro hoc C. de colla. l. ſi emancipati. ⁊ ĩ. de dona. l. donationes.
§. pater coniuncta. l. vt liberis. in fin. C. eod. tit. Si vero confirmat
donatio morte patris, tunc aſſumit vires legatorum, l. in dona-
tione. C. ad l. falc. ⁊ incipit queri filio poſt mortē: ideo non venit
in collationē. l. a patre. ⁊ l. ea demum. C. eo. ⁊ ĩ. ea. l. §. ſi ab ipſo. Fal
lit in tribus caſibus. ¶ Primus ſi emergeret inequalitas. vt l. pe
nul. §. fi. C. eo. ti. Secundo fallit ſi pater hoc expreſſe dixiſſet in do
nando, arg. l. ſi quando. §. ⁊ generaliter. C. de inof. teſt. Item fallit
ſi pater dediſſet vt haberet in peculium profectitium. vt dixi ſ. ⁊
iſta eſt determinatio que eſt de mente Dy. quā tene. Sed contra
predicta facit C. de colla. l. illud. §. pen. in eo qđ dicit, donata a ma
tre ſimpliciter nō venire in collationē, niſi quando emergeret ine
qualitas: ⁊ tamen conſtat ꝙ donatio facta a matre ſtatim valet:
ergo id quod ſ. dictum eſt de filio emancipato: non videtur bene
dictum. Reſpon. aliud in filio emancipato, aliud in eo qui nūquā
fuit, nec eſſe potuit in poteſtate. Ratio eſt q: de iure antiquo non
reperiebatur quod tales ſucceſſores deberent cōcurrere, vnde ſa
tiſfecit lex, ſi eos grauauit conferre data ob cauſam, ⁊ donationē
ſimplicem in caſu, ſcꝫ ne emergat inequalitas: ſed filius emācipa-
tus de iure antiquo conferebat omnia, ideo indiſtincte grauetur
in ſimplici donatione. d. l. vt liberis. ⁊ ſic debet determinari dicta
diſtinctio, quā ſ. e. dixi. Licet aūt dixerim donationē ſimplicē fa-
ctā emācipato debere conferri, non tñ cōputatur in quartā, niſi
ſit dictum, vt l. ſi qñ. §. ⁊ generaliter. pro hoc d. l. illud. §. hec autē.
eo. titu. Quandoqꝫ pater dat filio ſimpliciter, nec apparet vtrum
animo donandi, vel vt ſit peculium profectitium, vel propter me-
rita eius: tunc queritur quid in dubio. Et hic eſt aduertendum.
Aut preceſſerunt merita filij, ⁊ propter merita videtur datum. l.
ſi donatione. C. eo. Aut nō preceſſerunt, vt hic. Dic aut pater no
mine filij emit, ⁊ ſibi tradidit, tunc preſumit animus donandi. l. fi-
lie. C. fa. er. ⁊ l. ij. C. ſi quis alteri vel ſibi. ⁊ dixi ſ. in queſt. de libris.
Aut tradidit tm̄, non autē emit nomine filij, ⁊ in dubio videt tra
didiſſe, vt habeat in peculium profectitium l. fi. ſ. de pec. leg. ⁊ l. ꝙ
fructuarius. ĩ. de acquir. rer. do. niſi eſſent aliqua indicia, ex qui-
bus appareret contrarium, vt quia dedit filio eunti in caſtra. l. j.
C. de caſtren. pecu. l. i. xij. Quandoqꝫ emit nomine filij tantum, nō
tamen tradidit, tūc videtur emiſſe vt habeat in peculio profecti-
tio. l. fin. ſ. de pec. leg. Quandoqꝫ pater non emit pro filio, nec tra-
didit ſibi, ſed fecit filium recipere aliquam promiſſionem, tunc an
videatur fieri animo donandi, dixi in lege ſi pater. in princip. ĩ. de
donat. ¶ Venio ad verſi. ſed ſi adhuc. Dicitur hic, ꝙ id quod de
betur per patrem, non eſt onus illius filij tantum, ſed commune.
11 Quero, Pater † cepit expendere pro filio in ſtudio, vtrum patre

